

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XLVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

& vires. Quæ enim ad Orientem spectant, Antidotum præbente adversus venenum; quæ ad occasum ipissimum sunt. *Sinar. res. pag. 4. c. 17.* Radix quædam ignea disjecta, si è diametro candelæ ardenti exponatur, vacillare primo eam facit, post extinguit, idque repetitis exploratum vicibus. *Biker. in proph. scđt. 2.* *Abies* admirationis præcipue visa est in navi, qua ex Ægypto Caji Principis iussu, obeliscum in Vaticano circa statuum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum, adduxit. Arboris ejus crastitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. *Plin. l. 16. cap. 40.* *Aproxeos* herba radix è longinquo ignem concipit. *Plin. l. 24. cap. 17.* Ex arboribus in India cedro vel cupresso proceritate paribus, cum foliis latioribus, palmæ, quibus nomen *Carpion*, oleum destillat, quod lana arboribus impressa excipitur, & ad quinque stadia odorem jaculatur; Apud eundem legitur narratio de ligno *Parebo*, in regis tantum hortis nascente, quod sit oleæ magnitudine absque flore & fructu, duntaxat sub terra crassis radicibus instar brachii, cuius dodrans trahat aurum, æs, argentum, lapides, & alia quæque præter Electrum seu succinum: quantitate vero cubitali posse trahi agnōs & aves. Eodem aquam concrescere injecto obuli pondere: & vimini similiter, quod ut cera postea manibus teneatur vel tractetur, quamvis postidie solvatur. *Libavio. l. 2.* debitum. c. 6. putidum hoc mendacium videtur, ni dextre explicetur. Et certe Physico non defuerit dextra interpretatio: quam apud eundem vide loc. cit.

CAPUT XLVII.

DE PRODIGIIS ARBORUM.

Inveniuntur quædam sine foliis natæ, vitem & malam punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem uvas sine foliis, oleas quoque amississe folia baccis hærentibus, est apud *Plin. l. 17.*

cap.

PL
cap. 15. Olivam
mox, & in Bzr
taverne Paduniz
les le olea etua
in Corinthiaci C
obius regemimay
nisi oleam abili
oldeste pale an
mixtis emeribus
obidionibus Mi
de equitatu male
vindici Trallibus
inter coagimenter
Valer. l. 14. 6
capite (summi
ut bello Perse
ponendit, hac
iusti enata est;
dors A. P. Sulp
alizie muncianu
m. Præterito
quædam in pin
ta ell. Mucan
species transi

cap. 25. Olivam in totum ambustum revixisse diximus, & in Bœotia derosæ à locustis ficus, regerminavere. Pausanias in Arcadicis ex una & eadem radice ilex & olea enata sunt. Dalechamp. ad loc. cit. Eadē in Corinthiacis Clava Herculis ex oleastro actis radicibus regerminavit. Laodicea Xerxis adventu platanus in oleam abiit, Subsedet in Cumano arbor, grayi ostento paulo ante Pompeji bella civilia, paucis ramis eminentibus. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem Mithridatis, qui eam centum millibus & equitatu multo oppugnavit. Strabo l. 12. Palma viridis Trallibus in æde Victoriae sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum, justæ magnitudinis enata. Valer. l. 1. c. 6. Nec non & Romæ in Capitolio in capite (summum testi fastigium quidam explicant) bis bello Persæ enata palma, Victoriae & triumphos portendit, hac tempestatibus prostrata, eadem loco ficus enata est; M. Messalae C. Cassy Censorum lustro. A. P. Sulpicio proconsule literæ ex Macedonia allatae nunciarunt in puppi longæ navis enatam laetum. Præterito denique in Silesia anno, arbuscula quædam in pinnis murorum templi in palmarum mutata est. Mutata post & religio; Haud sine vindice; species transmutata spem facit.

THAU-